Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Cum dicit iniquos. signat iudaeos, qui insurrexerunt. super eum scilicet ut reum dicerent innocentem, suumq. regē. plebs insana trucidaret, synagoga superborum est congregatio. quae bel uino fremitu. animā xpi adimere uolebat, Quicumq. enim facin' ppetrat. dm̄ ante conspectū suū omnimodis n̄ pponit, quō si illū habet p̄sentem. ptin' a cogitato facinore reuocatur.

Vox xpi secundum humanitatem. ad patrē, ipse est enim puer dn̄i. de quo isaias ait, ecce puer meus. suscipiam eum, Puer dictus. propter innocentiam mentis, Idem filius ancillae. quae angelo respondit. se ancillam dī esse dicens, ecce ancilla dn̄i.

Filii chore. significant xpianos, psalmus enim. de superioribus sonans. commonet nos caelestia cogitare. et in eis ymnica exultatione gaudere.

Ds̄ iniqui insurrexerunt super me. & synagoga potentiū quaesierunt animā meam. & non proposuer te in c̄spectu suo.

Et tu dn̄e ds̄ miserator & misericors. patiens & multae misericordiae & uerax.

Respice in me & miserere mei. da imperium tuum puero tuo. & saluum fac filium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bono. ut uideant qui oderunt me & confundantur. quō tu dn̄e adiuuisti me & consolatus es me.

FILIIS CHORE PS̄ CANTICI.

Vox prophetae de caelesti hierusalem. id ecclesia xpi.

FUNDAMENTA eius in montibus scis. diligit dn̄s portas sion. super

Miserator enim est ds̄. quia singulis rebus misericordiam facit, misericors. quia semper pia est ipsa natura dī tutis, Patiens. quia peccatores sustinet, multum misericors. quia plus nobis remittit. quam nostra imbecillitas promeretur, Uerax. quia nescit promissa sua umquam subducere.

Signum dicitur abeo. quod uentura significet, fecit pater signum in resurrectione filii in bono credentiū. et in confusionem negantium, Adiuuisti. pertinet ad contradictionē iudaeorum altercantium. quibus illi semper ueritatis testimonio superabantur, Consolatus es ad psecutiones insanorū. quas ille uelut tempestatis impetū. pacientissime sustinebat.

Fundamenta ecclesiae. xps est, qui sic eam continet. ut nulla possit quassatione titubare, In montib. scis. signt aptos. qui excellentia scitatis. montes uocantur.